

Parasc., festum Pasch. Resurrect. D. N., diem solem. Corp. Chr. cum processione. n. 2603 die 3. Sept. 1672.

Archiepiscopus Turritanus non valet peragere functiones solemnes majoris hebdom. in Ecclesiis particularibus, derelicta Cathedrali. n. 3687 ad 7 die 26. Apr. 1704.

FUNDATOR MONASTERII.

Vd.: *Ordines religiosi.*

FUNERALIA.

Vd.: *Processio funebr.; Sepultura; Quarta funeralis; Eleemosyna pro fun.*

S. GABRIEL. ARCH.

Vd.: *Bened. octava.*

Ad dubium: An Congregatio Canonicorum regul. Lusitaniae permanere debeat in antiqua possessione recitandi ex Ind. apost. sub ritu dupl. maj. Officium s. archang. Gabrielis dominica prima non impedita cujuslibet mensis a Pascha usque ad Adventum seu potius firmo remanente eodem ritu dupl. maj. teneantur se conformare universo Portug. Regno, ubi dictum Officium recitatur die 18. Mart. sub ritu dupl. min.? S. C. resp.: Affirmative ad primam partem etiam quoad ritum, negative ad secundam. n. 4425 die 10. Mart. 1787.

GALERUM.

(*Episcopi Administr.*)

Vd.: *Caput.*

Ad dubium: An habeat Episc. Adm. usum Galeri cum chordulis et floccis viridis coloris ac hujusmodi colore possint ornari equi currus?

Funera et funeralia emolumenta def. Episcoporum, Canonicorum aliorumque Praebendatorum Cathedralis Thelesinae spectare ad Cathedrali privative quoad parochum Collegiatae unice parochialis in Oppido Cerreti. n. 2165 die 1. Apr. 1662.

Funerum emolumenta, quae per Haeredes defuncti Capitulo solvi solent, inter Canonicos et Dignitates aequaliter dividi debent. n. 4064 ad 7 die 31. Aug. 1737.

G.

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„Negative ad primam partem, et quoad secundam recurrit ad S. Caeremonialis C.“

Atque ita rescribendum rata est ac ex alias etiam Decretis declarare. n. 5140 ad 9 die 23. Sept. 1848.

GAUDENT IN COELIS.

Vd.: *Martyr.* (antiphona)

GENERALES RELIGIONUM.

Generales Ordinum tractandos esse ab Episcopo tam in eis comitandis quam in aliis functionibus honorariis pariformiter ac Praelatos quorum Dignitati aequiparantur, ut disponit Caerem. Ep. c. XIII. circa finem. n. 2918 ad 1 die 6. Apr. 1680.

Possuntne Generales novum Officium indicere? Vd.: *Regulares* (Officium, praecipue decr. n. 5023); *Immaculata Conceptio B. V. M.* (Off. decr. n. 5051) *Festum* (indictio etc.)

GENITORI GENITOQUE etc.

1) Quando incipiend. et quis intonat in process.?

Vd.: *Instructio Clem.* §. XIX. n. 15. 16. 20.

2) Non infra verba: Genitori etc. fit bened. cum SSmo.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXI. 21.

GENUFLEXIO.

1) Ante altare.

Ad dubium: An Beneficiati seu alii inferiores Canonicis supervenientes in chorum inchoatis Officiis et Missa debeant ante altare genuflectere? S. C. resp.: Tam a Canonicis quam ab aliis inferioribus servandum esse Caer. Ep. Lib. I. c. XVIII. n. 4—6. n. 3535 ad 1 die 3. Oct. 1699.

Vd.: *Genuflexio coram Episcopo* (decr. n. 4168); *Genuflexio Sacerd. ante altare.*

2) Ad benedict. Celebrantis.

Ad dubium: An Sacrum solemniter faciente altero ex Beneficiatis cum assistentia Diaconi et Subdiaconi de eodem gremio. Ministri ipsi, dum Benedictionem a Celebrante accipiunt teneantur genuflectere, stantibus et non genuflectentibus ceteris in Choro permanentibus?

S. eadem C. rescribendum censuit: „Affirmative, seu teneri ad genuflectendum“.

Atque ita S. C. rescribendum et declarandum censuit. n. 5176 ad 3 die 25. Sept. 1852.

Ad dubium: Utrum ad benedictionem Sacerdotis in fine Missae solemnibus, sive cum cantu, Ministri et alii de Choro stare vel genuflectere debeant?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit:

„Stare Canonicos se profunde inclinantes, alios genuflectere“.

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 4782 ad 12 die 27. Aug. 1836.

3) Coram Canonico celebrante.

Ad dubium: An liceat clericis ministrantibus thuribulum seu naviculam Canonicis celebrantibus coram Episcopo genua illi flectere sicut Episcopo? S. C. resp.: Negative; die 4. Apr. 1639 ad 8.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXX. n. 8.

4) Chori infra Missam et Officium.

Vd.: *Confessio; Genuflexio cor. Episcopo* (decr. n. 4595 ad 1); *Incarnatus est.*

Praelati in choro ad confessionem in missa sol. genuflectere non tenentur; tenentur tamen ad orationes in missis fer. Adventus, Quadragesimae, quae jejunantur, exceptis excipiendis, et pariter in missis def., dummodo non adsit contraria consuetudo. n. 3279 die 17. Maji 1692.

Ad dubium: An in vigiliis Apostolorum, eo quia per Bullam SSmi. D. N. Pii Papae VII. die 10. Aprilis 1818 pro Siciliae Regno abrogata fuerunt Jejunia, genuflectendum sit a Choro ad preces Officii et in Missa de iisdem Vigiliis, eo quia in dicta Bulla legitur: Officia et Missas tam in iisdem abrogatis Festis quam in eorum Vigiliis retineri et sicut prius celebrari mandamus?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit ut infra, videlicet:

„Cum per Apostolicum Indultum in casu, de quo agitur, abrogatis vigiliis quoad jejunium et abstinentiam nihil immutatum fuerit quoad ritus et functiones Ecclesiasticas, imo expresse cautum sit, ut retineantur et serventur, ideo ad preces Officii et in Missa

de Vigilia erit genuflectendum ad formam Rubricarum“.

Atque ita statuit, respondit atque decrevit, et in Collegiata antedicta servari mandavit. n. 4566 ad 4 die 11. Martii 1820.

NOTA GARDELLINI AD HOC DECRETUM:

Nescio, num ignorantiae crassae et supinae, an potius, quod est longe deterius, taedio tenuissimi laboris propriaeque commoditati indulgendi desiderio tribuendum sit, quod aliquis adveniatur, qui secum reputet non esse genuflectendum in Officio Vigiliae, eo quia Apostolica auctoritate populus solutus est a lege abstinentiae et jejunii. Clara enim est litera Brevis, qua absolute praecipitur, nihil innovandum esse per Apostolicum Indultum quoad Missam, Officium et alias Ecclesiasticas Functiones. Itaque si abrogata lege abstinentiae et jejunii, Officium tamen de Vigilia (nisi aliud occurrat novem lectionum) est recitandum, si in Choro celebranda Missa est de eadem Vigilia, etiamsi altera conventualis celebrata fuerit de Festo occurrente, quisque videt planeque intelligit, praeservatam esse dispositionem Rubricarum, quae ritum praescribunt cum standi tum genuflectendi in Officio et Missa de Vigilia.

Ad dubium: Dum a Celebrante legitur Oratio *Communio* dicta, Canonici ac Reliqui de Ghoro ex antiqua consuetudine stant, quaeritur: an stare debeant vel potius sedere?

S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„In casu esse sedendum“.

Atque ita rescribere rata est et declarare. n. 5102 ad 5 die 11. Sept. 1847.

PISANA.

Ad dubium: An liceat manere genuflexos in Choro tempore, quo stan-

dum est, sedere, quum est standum etc. non obstante consuetudine immemorabili? S. C. resp.:

„Serventur Rubricae quoad tempus standi, sedendi et genuflectendi in Choro“. n. 4678 ad 1 die 12. Novb. 1831.

Serventur rubricae Missalis, Breviarii et Caer. Ep., sic tamen, ut, quando in choro cantantur aliqua verba genuflectionem requirentia, si mora praescriptae genuflectionis est brevis, haec fiat etiam a Cantantibus ad ambonem seu a Regentibus chorum, dum ipsa verba cantantur, quae Genuflectionem requirunt. Quando autem mora genuflectionis est longa, ut ad verba Psalmi invitatorii: *Venite adoremus et procidamus ante Deum.*; ad verba Symboli: *Et Incarnatus est etc.* et ad alia Similia, ne plurium vocum unisona modulatio inflectatur, Genuflexio peragatur sub fine verborum. S. R. C. 8. Mart. 1738.

Ad dubium: An Canonici in elevationibus, quae fiunt in missis privatis ad altaria in conspectu chori, genuflectere teneantur? S. C. resp.: Non esse genuflectendum, ne sacra, quibus assistunt, per actum privatum interrumpantur sed ad evitandum scandalum, quod in populo et adstantibus causari posset ob non genuflectionem, esse omittendam pulsationem campanulae in elev. SSmi. in dictis missis privatis; die 5. Mart. 1667.

5) Ante s. Crucis reliquiam.

Vd.: *Genuflexio ante altare; Genufl. coram Episcopo* (praecipue decr. n. 4595; 5167.) *Crua* (Veneratio).

Non est genuflectendum a Capitulo et Clero processionaliter transeuntibus ante altare, in quo recondita est reliquia SS. Crucis. S. R. C. 15. Sept. 1736.

6) Diaconi et Subdiaconi.

Diaconi, quando Celebrans facit reverentiam cruci in Sacristia, non tenentur ad genuflectendum, sicuti in altari genuflectunt, quando Celebrans crucem salutatur transeundo ante illam et in accessu et recessu. n. 4395 ad 20 die 18. Decb. 1779.

Vd.: *Genuflex. cor. SSmo.* (Celebr. et Ministror.)

Genuflexio D. et Subd., quando Celebranti sustinent librum ad orationes cantandas; vd: *Instructio Clem. §. XXIV. n. 22 etc.; Subdiaconus* (genuflexio).

Genuflexio D. et Subd. infra benedictionem Celebrantis, vd: *Instruct. Clem. §. XXX. n. 19; Genufl.* (ad bened. Celebrantis).

7) Ante Episcopum.

Vd.: *Concionator* (bened.; decr. n. 3114); *Ablutio manuum Episcopi; Purificatio B. V. M.* (modus accipiendi candelas etc.); *Benedictio Episcopi; Canonici Colleg.* (genuflexio); *Canonici Cath.* (genufl.); *Reverent. erga Episcop.*

Demisse S. R. C. pro declaratione infrascripti dubii supplicatum fuit:

An Praepositi Curati, qui simul sunt Dignitates et Capita Collegiatarum Episcopo subjectarum debeant inclinari ipsi Episcopo Ecclesiasticas functiones peragenti eo modo, quo Canonici Cathedralis vel potius ad differentiam Canonice Cathedralis teneantur genuflectere eidem Episcopo, et praecipue in Consecratione Olearum Feria Quinta in Coena Domini, cum ipsi praepositi munia gerunt duodecim Sacerdotum tamquam Parochi; et ita in visitatione peragenda ab ipso Episcopo Ecclesiarum Collegiatarum?

Et S. eadem R. C. censuit respondendum:

„Secundum, quae proponuntur, in casu teneri genuflectere“. n. 3676

Decreta authentica.

die 23. Febr. 1704; n. 3714 die 31. Mart. 1705.

Capellani Metropol. Ecclesiae (Januen de Massa nuncupati in aula archiepiscopali tam in accessu quam regressu tenentur Archiepiscopo genuflectere. n. 3997 ad 3 die 3. Mart. 1731. n. 4016 die 9. Maji 1733.

Dignitates et Canonici Colleg. divi Pauli Vallettae in functionibus ecclesiasticis, quoties transierint ante Episcopum, debent eidem genuflectere. n. 4106 die 21. Jan. 1741; n. 4112 die 20. Maji 1741; n. 4359 ad 2 die 16. Maji 1772; n. 4268 die 26. Martii 1757.

Ad dubium: An Celebrante pontificaliter in Vesperis Episcopo in diebus solemnioribus teneantur Beneficiati ministrantes genuflectere, quoties Episcopus salutatur altare sive crucem, videlicet Pluvialibus parati, induti cottis sive cappis in accessu ad altare, in recessu ab eodem et respectu in thurificatione et quoties Episcopus salutatur Crucem et dum in processione salutantur altaria, et an celebrante cum Pluviali Canonico in Vesperis sive Laudibus, quoties Celebrans salutatur altaria sive crucem ac etiam in thurificatione, Benef. assistentes cum Pluvialibus teneantur genuflectere?

Et quid respectu Beneficiatorum, qui cum cappis sive cottis post binos Canonicos incedunt in processione? S. C. resp.: Teneri Beneficiatos ad genuflectendum celebrante Episcopo vel Canonico, tam paratos quam non paratos. n. 3071 ad 1 et 2 die 2. Decb. 1684. Idem decretum S. C. servari mandavit etiam in s. Basilica s. Joannis Lat. de Urbe. n. 3090 die 28. Julii 1685.

Beneficiati Ecclesiae Cathed. Asten. pluvialibus aliisque s. paramentis induti Pontificalibus functionibus inservientes genuflectere tenentur altari et Episcopo Pontificalia exercenti aut

Pontificalibus assistenti quoties transeunt ante altare et Episcopum sive ad idem accedunt vel recedunt. n. 4168 die 15. Maji 1745.

Ad dubium: 1. An Participantes (Mansionarii, Portionarii, absque canonica institutione et sine episcopali auctoritate a Capitulo electi ad chori servitium) Cathedr. Melphitensis, postquam induerunt rocchettum et cappam magnam, sive sint ministri ad altare sive non, teneantur ante crucem et ante Episcopum, necnon assistentes in choro, dum dicitur Introitus in missa sol., genuflectere?

2. An iidem dum Episcopus dat benedictionem vel in sol. missa vel in Officio teneantur genuflectere? S. C. resp.: Affirmative in omnibus. n. 4595 ad 1 et 2 die 12. (10.) Apr. 1823.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

En praesentis disputationis occasio. Ut certa aliqua neque imposterum varianda methodus servaretur in Ecclesiis Regni Neapolitani citra Pharam *adscriptitiis* nuncupatis, quia iisdem praeter Canonicos alii inferiores adjiciebantur Sacri Ministri, sine ulla tamen canonica institutione, qui nulla fruebantur Praebenda, sed pro ratione servitii praestiti quasdam de Mensa distributiones obtinebant: *Sanctissimus Dominus Noster Pius VII. Pont. Max.*, petitionibus annuens *Serenissimi utriusque Siciliae Regis Ferdinandi*, per Literas in forma Brevis expeditas sub die 13. Augusti 1819 decrevit et mandavit, ut in posterum *ad portiones suscipiendas in Ecclesiis receptitiis illi tantum admitterentur Sacerdotes et Clerici, qui a Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis et Episcopis aut Ordinariis Locorum pietate et doctrina commendatiores essent inventi:* jussit praelerea, ut de ipsis

examen instituatur coram Ordinariis ipsis vel eorum Vicariis Generalibus et tribus saltem ex synodalibus Examinatoribus.

Altera ex his *collectitiis* seu *receptitiis* Ecclesiis erat Cathedralis Melphitensis, in qua, praeter sex Dignitates, et octo supra decem Canonicos, alii triginta sex inferioris gradus Participantes, ad Canonicorum placitum adsciti, suum Ecclesiae praestabant servitium. Hi tamen aboleta antiqua electionis forma, juxta superius latam a Supremo Pastore legem modo eliguntur et instituuntur. Et quamquam omnium aequalis sit conditio, non aequae singulorum paria sunt officia, cum duo Parochi sint, quatuor Cantores, ex reliquis octodecim seniores, duodecim juniores dicantur. Non ita multo post indultam novam electionis et institutionis formam, Episcopo efflagitante, Melphitenses Portionarii honorifica obtinuerunt Insignia, et praeter ea, quae omnibus et singulis communia sunt, ut aliis nobilioribus Parochi, Cantores, Seniores distinguerentur, iisdem Apostolicis Literis indultum fuit. Factum hinc est, ut praefati Portionarii suae conditionis obliti, sese ambitiose elevantes, ac si Canonici essent, ea obsequia et servitia exhibere et praestare renuerunt, ad quae fuerant, ut sunt ex more et institutione assumpti. Haec causa dissidii inter ipsos et Canonicos. Ne ulterius gliscerent mala et quae inde exortae quaestiones, ut componerentur, proposita fuerunt S. R. C. Dubia, quibus, post exquisitum examen, respondens ad singula Dubia sancivit: Portionarios Melphitenses, etsi auctos nobilioribus Insigniis, adhuc tamen ad obsequia, officia et servitia teneri, quae secundi ordinis Cathedralium Clericis conveniunt, juxta dispositionem Caeremonialis Episcoporum et ejusdem S. C. Decreta.

Etenim extrinsecae decorationis Insignia non ipsos donant nova nobiliori qualitate, sed in eodem gradu relinquunt, in quo reperiebantur, priusquam illa obtinerent. Quamobrem vel *Portionarii* vel *Beneficiati* vel *Mansionarii* dicantur, aut quacumque alia distinguantur appellatione; nullo tamen pacto Canonicis poterunt assimilari et in Literis Apostolicis non ullum occurrit verbum, quo ad sublimiorem gradum evecti, gratia Pontificis, censerentur, sed in eodem, quem prius tenebant, adhuc consistunt. Et revera tam certum est, quod Rocchettum, Mozettam, Cappam gestandi privilegium nullam denotat superioritatem et praecminentiam, ut hujusmodi, et, si etiam vis, nobiliora alia ornamenta alicui Collegiatae concessa, non illi potestatem faciunt incedendi, et sedendi in Synodo supra alias Collegiatas Civitatis et Dioecesis antiquiores, sed iisdem destitutas Insigniis vel longe inferioribus donatas, veluti docet et probat *Benedictus XIV. de Synodo Dioecesana lib. 3. cap. 10. num. 7.* ubi decisum inquit: *ejusmodi honoris Insignia nullam denotare praecminentiam, neque alterius juribus praejudicium ullum inferre:* quamobrem ad *Ursaiam* se refert, qui *part. 1. discept. 7. in fin.* asserit procul dubio definitum fuisse: *praecedentiam competere Collegiatae* (non Insigniis nobilioribus ditatae, sed) *quae esset antiquior.*

Ex his plane intelligitur Portionarios Melphitenses, qui certe nec Canonici sunt neque ulla ratione Canonicis equiparandi, teneri ad praestanda ea obsequia, quae ab omnibus de Clero transeuntibus ante Altare aut ante Episcopum praestari debent, exceptis dumtaxat Canonicis Cathedralis, qui caput tantum et humeros profunde inclinant, veluti jubet *Caeremoniale Episcoporum lib. 1. cap.*

18. num. 3. ibi: Quoties ipsi Canonici transeunt ante Altare vel ante Episcopum, caput et humeros profunde inclinant, Beneficiati autem et caeteri de Clero genuflectere debent transeundo tam ante Altare quam ante Episcopum. Idem dicitur de genuflexione ad Confessionem cum Psalmo in Missa solemnem ex Rubricae Missalis praescripto *part. 1. tit. 17. num. 5.* Innumera afferere possem S. C. Decreta, quae idipsum districte jubent. Aliqua indicare sat erit. In *Tornacen die 7. Decembris 1630* declaratum fuit: *Praeter Dignitates et Canonicos Cathedralis reliquos omnes teneri ad benedictionem Episcopi genuflectere;* in una *Arichipae 13. Martii 1700: Dignitates et Canonici stent et caeteri genuflectant.* In *Seguntina 28. Aprilis 1703: Teneri genuflectere Portionarios cum osculo manus in recipiendo candelas et cineres.* In *Asten. 15. Maji 1745: Beneficiatos etiam pluvialibus indutos aliisque sacris paramentis teneri genuflectere juxta formam praescriptam in Caeremoniali Episcoporum.* Novissime vero in *Neapolitana sub die 22. Decembris 1753* S. C. edixit: *Beneficiatos hebdomadarios nuncupatos teneri servare omnia et singula, quae praescribuntur Beneficiatis a Caeremoniali Episcoporum, idcirco teneri recipere candelas, palmas et cineres genuflexos.* Instaurato judicio sub die 7. Septembris 1754 nedum stetit in decisis, verum etiam addidit: *ad Emum. Archiepiscopum, qui incumbat executioni Decretorum S. C. utendo juris et facti remediis.*

Si qui autem sunt Beneficiati alios omnes longe praestantes, certe illi sunt, qui Patriarchalibus Urbis adscribuntur et secundi ordinis, ac subsele Clerum constituunt: tantae nobilitatis eorumdem Collegia censentur, ut Abbatibus et Canonicis Cathedralium

aequiparentur: nihilominus, etsi Cappa Magna insigniti, obsequium genuflexionis praestare tenentur, si excipias illos Basilicae Vaticanae in unico dumtaxat casu, quo parati simul eodem ordine et gradu cum Canonico parato incedunt et ministrant: praeter hunc casum tam parati quam non parati semper transeuntes ante Altare genuflectere debent. Cum autem Liberianae Basilicae Beneficiati a genuflexionis obsequio se eximere vellent aut exemptos putarent: delata quaestione ad S. R. C., haec sub die 2. Decemb. 1684 declaravit: *Teneri Beneficiatos ad genuflectendum celebrante Episcopo vel Canonico tam paratos quam non paratos.* Idipsum servandum esse in altera Lateranensi; et etiam clarius fuit expressum in Congregatione diei 18. Junii 1689. En verba Decreti: *Praefatos Beneficiatos, Capellanos Clericosque Beneficiatos non solum in praenarratis supra casibus verum etiam in quibuscumque Missis solemnibus ad Confessionem cum suo Psalmo teneri ad genuflectendum . . . quacunque consuetudine etiam immemorabili, quae allegari possit, non obstante, quam abusum et corruptelam S. C. declarat; cum consuetudines contra Rubricas Missalis sint sublatae per Decretum ejusdem S. C. a fel. record. Urbano VIII. confirmatum et in principio Missalis Romani appositum.* Numquid Portionarii Melphitenses sublimioris sunt gradus, ut possint et debeant caput et humeros tantum inclinare ad instar Canonorum Cathedralium?

Atque heic loci alia se offert quaestio: num necne Collegiatarum insignium Canonici, eaque ac illi Cathedralium, a genuflexionis obsequio sint exempti? Dixi supra et jure dixi, solos Canonicos Cathedralis non teneri ad genuflexionem transeuntes ante Altare vel ante Episcopum, nam

de his unice loquitur Caeremoniale Episcoporum. Quoad Canonicos Collegiatarum pacifica res non est; quamquam, si attendi velint, simulque conferantur S. C. Responsa, plane apparebit pro negativa stetisse et non obscure demonstrasse, a consuetudine potius, quam a jure; rationem decidendi esse petendam. Utiq; in *Fundana* sub die 16. Junii 1674 respondit: *Canonicos Collegiatae debere se tantum profunde inclinare.* Novissime vero in causa vertente inter Episcopum et Canonicos Ecclesiae Collegiatae S. Pauli Civitatis Vallettae in Melevitana rogata: num praefati Canonici, quoties transierint ante Episcopum, debeant eidem Episcopo genuflectere, vel tantum humeros et caput profunde inclinare? sub die 21. Januarii 1741 respondit: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam:* Et pluries instaurato experimento, stetit in decisio, ut patet ex Decretis. Ita etiam decretum fuit in una *Montis Alti* sub die 26. Martii 1657 et in *Papien.* ad quaesitum: *An Praepositi Curati, qui simul sunt Dignitates et Capita Collegiatarum, tenerentur genuflectere Episcopo, an caput dumtaxat inclinare?* sub die 23. Februarii 1804. S. C. respondit: *Secundum ea, quae proponuntur, in casu, teneri genuflectere.* Et repropo- sita causa die 24. Martii, stetit in decisio. Numquid autem in adversa abiisse S. C. censenda est? Haud quaquam. Eadem namque modum ministrat componendi Decreta, quae specietenus pugnantia videntur. Etenim in *Neritonen* ad Dubium: *An Canonici Collegiatae teneantur genuflectere Episcopo ad distinctionem Canonorum Cathedralis, qui sola inclinatione illum regulariter salutant?* sub die 11. Junii 1793 respondit: *Canonici Collegiatae, seclusa consuetudine in contrarium, ut Personae graduatae et*

in quasi dignitate, non genuflectunt sed caput et humeros profunde inclinant Episcopo et Altari. Cur autem affirmativo responso limitationem aut conditionem adjecit: *seclusa consuetudine in contrarium?* quia a possessione turbandi illi non erant, quibus consuetudo favebat, sed non aequae ad illos trahenda ea honoris distinctio, qui genuflectere consueverant, vel ad Canonicos Collegiatae de novo erectae, quae certe consuetudinem afferre nequibat. Id plane consequitur ex supra relatis Decretis in Melevitana, quippe Capitulum Collegiatae S. Pauli Vallettae recentissimae erat erectionis. Verbo dicam, ex Congregationis responsis, quae pugnantia videntur, sed pugnantia non sunt, qualis sit ejusdem mens et sensus plane colligitur, videlicet, quod soli Canonici Cathedralium a genuflexionis obsequio jure sunt exempti: non item Collegiatarum, nisi ex consuetudine vel privilegio. Potiori igitur jure concludendum, quod Portionarii Melphitensis Ecclesiae teneantur ad genuflectendum Altari et Episcopo, item ad Confessionem cum Psalmo et ad Benedictionem in fine Missae conventualis, vel Sacrum fiat pontificaliter ab Episcopo vel a Canonico vel ab altero ex iisdem Participantibus Missa conventualis celebretur.

Ad dubium: An genuflectere debeant Capellani participantes tum Cruciatum Praelato Ordinario sicut ceteri Presbyteri?

Et Emi. et Rmi. P. . . . rescribendum censuerunt:

„Debere genuflectere, si Canonici titulo destituantur, sed Cruciatum tantum“. n. 5167 ad 2 die 10. Januarii 1852.

8) Coram SS. Sacramento.

a) In benedictione cum SSmo.

Vd.: *Genuflexio ante SSmum. Sacerdot. et Ministr.; Genuflexio Diaconi et Subd.*

Canonicos pro Diacono et Subdiacono assistentes debere genuflectere, dum Archiepiscopus actu Sacramento benedicit. n. 4099 die 28. Novemb. 1739.

Ministri sive parati sive non in benedictione cum SSmo. danda a Sacerdote quocunque genuflectant in infimo gradu altaris simul cum Celebrante. n. 4815 ad V. 2. die 22. Septembris 1837.

Duo Canonici Episcopo assistentes, dum impertitur populo benedictio cum SSmo., genuflectere debent in actu benedictionis ipsius. n. 4857 ad 5 die 3. Aug. 1839.

b) Celebrantis et Ministrorum.

Vd.: *Instr. Clem. §. VII. n. 5 etc. 12. §. XIX. n. 11. 12.; §. XXIV. n. 1 etc. §. XXX. n. 7 etc.; Subdiaconus (genufl. decr. n. 4322); Genuflexio in missa lecta; Genuflexio in bened. cum SSmo.; Genufl. Diaconi et Subd.; Flectamus genua. Genuflexio ante SSmum. (unico vel etc.) SS. Sacram.*

Dum Episcopus accedit ad Ecclesiam pro danda benedictione cum SSmo. Canonici assistentes genuflectant infimo gradu simul cum (Episcopo) Celebrante. n. 4815 ad V. 1. die 22. Sept. 1837.

Ad dubium: Quando Celebrans genuflectit ante altare SS. Sacramenti tam expositi quam in tabernaculo inclusi, debetne genuflectere in plano presbyterii an in infimo gradu altaris? S. C. resp.: Serventur Rubricae sed in accessu et recessu in plano est genuflectendum, in infimo autem gradu altaris, quoties genuflectere occurrat. Die 12. Novb. 1831.

Ad dubium: Genuflexio, quae fit coram SSmo. exposito tam in missa quam in oratione 40 hh. caeterisque

functionibus, quando fieri debet unico et quando utroque genu tum a Celebrante tum a Ministris vel ab alio qui exponit et reponit? S. C. resp.: In accessu et recessu utroque genu, intra missam unico genu; pro reliquis functionibus consulantur rubricistae. Die 12. Novb. 1831 n. 4669.

c) Celebrantis ante benedict. infra miss. cor. SSmo. celebrandam.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXX. n. 19. 30.

d) Celebrantis ante benedict. cum SSmo.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXXI. n. 11. etc.

In Expositione SS. Sacramenti cantatis seu recitatis versiculis: *Panem de coelo etc.* Sacerdos insurgens non debet reiterare genuflexionem, antequam recitet Orationes. S. R. C. 2. Aug. 1698; 6. Sept. 1698.

e) Celebr. ad „Et Verbum Caro factum est“ in ultimo Evang. cor. exp. SSmo.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXX n. 19. 30.; *Flectamus genua.*

f) In Elevatione.

Canonici seu Vicarii assistentes in solemnitate missae cum cappis seu pluvialibus genuflectere debent in elevatione s. hostiae. n. 4279 ad 1 die 7. Julii 1759. Vd.: *Genuff. in process.*

g) Ad incens. SSmi.

Ad dubium: An in Vesp. celebratis coram SSmo. Sacramento exposito Celebrans ad Canticum *Magnificat*, dum incensat Sacramentum, ante incensationem Altaris genuflectere debeat in infimo gradu Altaris vel in Suppedaneo?

Et S. eadem C. . . . respondendum censuit:

„In Suppedaneo“.

Atque ita rescribere S. C. rata est et declarare. n. 5063 ad 4 die 27. Febr. 1847.

Vd.: *Genuff. ante SS. Sacram.* (Celebrantis et Ministror).

h) Ministrorum vigilantium.

Vd.: *SS. Sacramentum* (genuff.); *Expositio SSmi.* (habitus ministr. vigil.); *Instructio Clem.* §. VII. n. 4.

i) In missa lecta.

Vd.: *Flectamus genua.*

Quando absolvitur missa lecta coram ss. Sacramento in monstrantia exposito, attamen velato; item cor. SSmo. in pyxide exposito, an debeant omnes genuflexiones observari in tali missa, quae alias observantur coram SSmo. publice exposito et non velato? S. C. resp.: Affirmative. n. 4237 ad 13 die 22. Decb. 1753.

Ad dubium: An transeundo de una ad alteram partem altaris in 2. et 3. missa Nativitatis D. fieri debeat genuflexio ante calicem? S. C. resp.: Serventur rubricae. Die 2. Aug. 1698.

k) In Processione.

Dum elevatur SSmm., Canonici et Clerus, sive in choro existant sive processionaliter incedant, semper debent genuflectere. S. R. C. 2. Maji 1620.

In processionibus SSmi. per Ecclesias debent Regulares Lateran. processionaliter incedentes ante SSmm. in occurso et transitu a latere ejusdem genuflectere. n. 2943 ad 8 die 1. Mart. 1681.

In processionibus candelarum etc. per Ecclesias sine SSmo. faciendis, si occurrat transire ante altare, ubi oc-

casione Missae fit elevatio SSmi., non pulsanda est campanula; quodsi pulsatur et advertatur elevatio, tunc genuflectendum unoque genu a transeuntibus ante altare, ubi Missa celebratur; et deposito SSmo. progrediendum. n. 2943 ad 9 die 1. Mart. 1681.

Vd.: *Instructio Clem.* §. VII. n. 15.

l) Sacerdotis transeuntis ante altare.

Vd.: *Instructio Clem.* §. VII. n. 7. 8. 12.

Sacerdos missam celebraturus transiens ante altare, ubi fit populi Communio, non debet permanere genuflexus donec et quousque terminetur communio. S. R. C. 5. Julii 1698.

m) Sacerdotis, si ei obviat Processio.

Vd.: *Instructio Clem.* §. VII. n. 13. etc.; *Genufflexio in processione.*

n) Sacerd. in Genuflectendo non debet ponere Biretum super calicem.

Vd.: *Instr. Clem.* §. VII. n. 11.

o) In Pyxide exposito.

Genuflexiones utroque genu sunt faciendae a transeuntibus ante SSmm. etiamsi fuerit in pyxide patenter expositum. n. 4181 ad 9 die 7. Maji 1746; n. 4815 ad V. 4 die 22. Sept. 1837. Vd.: *SS. Sacram.*

Ad dubium: Quando Celebrans genuflectit ante Altare Sanctissimi Sacramenti tam expositi quam in Tabernaculo reconditi, debetne genuflectere in plano Presbyterii, an in infimo gradu Altaris? S. C. resp.: „Serventur Rubricae, sed in accessu et recessu in plano est genuflectendum: in infimo autem gradu Altaris

quoties genuflectere occurrat“. n. 4669 ad 51 die 12. Novb. 1831.

Ad dubium: Quando absolvitur missa lecta coram SS. Sacram. in monstrantia exposito, attamen velato, item cor. SSmo. in pyxide exposito, an debeant omnes genuflexiones observari in tali missa, quae alias observantur cor. SSmo. publice exposito et non velato, conformiter ad rubricam missalis fer. V. in Coena D. vel non? S. C. resp.: Affirmative. Die 22. Decb. 1753 in Wilnen ad 3 n. 4237.

p) Simplex sine capitis inclinatione.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXX. n. 7 etc. 19.

q) Unico vel utroque genu?

Ad dubium: Genuflexio, quae fit coram Sanctissimo Sacramento exposito tam in Missa quam in Oratione Quadraginta Horarum ceterisque Functionibus, quando fieri debet unico genu et quando utroque tum a Celebrante, tum a Ministris vel alio, qui exponit et reponit? S. C. resp.:

„In accessu et recessu utroque genu, intra Missam unico genu: pro reliquis functionibus consulantur Rubricistae“. n. 4669 ad 53 die 12. Novemb. 1831.

r) Quando SSmm. est velatum.

Vd.: *Genuff. ante SSmm. in pyx. exposit.* (decr. n. 4237.)

De Genuflexione vd.: *Benedictio Episcopi; Canonici Cathedr. et Colleg.* (genuff.); *Communio; SS. Sacramentum: Incarnatus est; Minister de libro; Nativitas Dom.* (missae ritus); *Thuriferarius; Parasceve* (sumptio etc.); *Subdiaconus; Venite adoremus; Reliquia* (genuff.); *Purificatio B. V. M.* (modus accipiendi etc.); *Tantum ergo; Benedictio cum Reliquia; Ordinand.*